



FA-1176

Miguel Planes

32



Q. 25 868

DIE VIII. DECEMBRIS.

OFFICIUM
PROPRIUM CUM OCTAVA
IMMACULATÆ
CONCEPTIONIS

BEATÆ MARIAE VIRGINIS:

In hoc Mysterio Hispaniarum, & India-
rum Principalis Patronæ: ex Brevia-
rio Franciscano desumptum:

Ad preces Serenissimi Regis Catholici
Caroli III.

A Smo. Domino nostro Clemente XIII.
concessum, & ad prædicta Regna
extensum.

In eisdem Regnis Dup. i. classis cum
octava. Additis in fine Antiphonis, Do-
minicarum, & Feriarum Adventus,
quæ infra hanc octavam oc-
currere possunt.

In Officina Hæredum Ignatii Frau
Regis Typographi.

CONGREGATIONIS

CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS
CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS

LIBERUS ET LIBERTATIS CONFIRMATIONIS



V. In Conceptione tua Virgo immaculata
fuisti.

R. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium
peperisti.

गुरु गुरु गुरु गुरु गुरु गुरु गुरु

गुरु गुरु गुरु गुरु गुरु गुरु गुरु

OFFICIUM PROPRIUM
IMMACULATÆ
CONCEPTIONIS
BEATÆ MARIAE VIRGINIS.
AD VESPERAS.

Pater noster. Ave Maria. fol. 22. ¶
EUS in adjutorium meum in-
tende. Rx. Domine ad adjuvan-
dum me festina. Gloria Patri,
& Filio, & Spiritui Sancto. Si-
cut erat in principio, & nunc, & semper,
& in sæcula sæculorum. Amen. Alleluya.

Antiphona. Sicut lilyum inter spinas,
sic amica mea inter filias Adæ.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo : * Se-
de à dextris meis:
Donec ponam inimicos tuos, * scabel-
lam pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus
ex Sion : * dominare in medio inimi-
corum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ

in splendoribus sanctorum: * ex utero
ante luciferum genui te.

Juravit Dominus , & non pœnitabit
eum: * Tu es sacerdos in æternum se-
cundūm ordinem Melchisedech.

Dominus á dextris tuis, * confregit in
die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: *
conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea
exaltabit caput.

Gloria Patri , & Filio, & Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio , & nunc , & sem-
per, * & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona. Sicut lilyum inter spinas,
sic amica mea inter filias Adæ.

Antiphona. Tota pulchra es Maria , &
macula non est in te.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum: * laudate
nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc
nunc , & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum , * lau-
dabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, *

& super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in cœlo, & in terra?

Suscitans à terra inopem, * & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Tota pulchra es Maria, & macula non est in te.

Antiphona. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. *Psalmus 121.*

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: * cuius participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio: *

sedes super domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem: *
& abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundan-
tia in turribus tuis.

Propter fratres meos , & proximos
meos , * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, *
quæsivi bona tibi. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Tu gloria Jerusalem , tu læti-
tia Israel, tu honorificentia populi nostri.

Aña. Vox enim tua dulcis , & facies illa
tua decora nimis. . *Psalmus 126.*

Nisi Dominus ædificaverit domum, *
in vanum laboraverunt , qui ædi-
ficant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem , *
frustra vigilat , qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: *
surgite postquam sederitis , qui man-
ducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum : *
ecce hæreditas Domini , filii ; merces,
fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis , * ita
filii excusorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis : * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri.

Antiphona. Vox enim tua dulcis , & facies illa tua decora nimis.

Antiphona. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa supra dilectum Filium ? *Psalmus 147.*

LAUDA Jerusalem Dominum : * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem : * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem frigoris ejus , quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: * fibabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justicias , & judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi : * & judi-

cia sua non manifestavit eis. Gloria.

Antiphona. Quæ est ista, quæ ascendit
de deserto, deliciis affluens, innixa su-
pra dilectum Filium?

Capitulum. Prov. 8.

EGO diligentes me diligo: & qui ma-
nè vigilant ad me, invenient me. In
vijs justitiæ ambulo, ut ditem diligen-
tes me. Qui operantur in me, non pec-
cabunt. Qui elucidant me, vitam æter-
nam habebunt. *R. Deo gratias.*

Hymnus.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cœli porta.
Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,

Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac, & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collætemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Immaculata Conceptio est hodie
Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus innocentia inclyta cunctas
lætificat devotas animas.

Qui verò habent privilegium recitandi
hoc officium extra octavam, per annum di-
cent ℣. sequentem.

℣. In Conceptione tua, Virgo, Im-
maculata fuisti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cuius Fi-
lium peperisti.

Ad Magnificat, Antiphona. Quàm pul-

chri sunt gressus tui, filia principis! Col-
lum tuum sicut turris eburnea, oculi
tui divini, & cornæ capitis tui sicut pur-
pura Regis. Quàm pulchra es, & quàm
decora charissima! alleluia.

Cantic. B. Marie Virg. Luc. I.

MAgificat* anima mea Dominum:
Et exultavit spiritus meus* in Deo
salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: *
ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: *
& sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in pro-
genies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dis-
persit superbos mente cordis sui.

Deposit potentes de sede, * & exal-
tavit humiles.

Esurientes implevit bonis: * & divites
dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, * recor-
datus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros: *
Abraham, & semini ejus in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Quàm pulchri sunt gressus tui,
filia principis! Collum tuum sicut tur-
ris ciburnea, oculi tui divini, & comæ
capitis tui sicut purpura Regis. Quàm
pulchra es, & quàm decòra, charissima!
alleluya.

ORATIO.

DEUS, qui per Immaculatam Virgi-
nis Conceptionem dignum Filio
tuo habitaculum præparasti : quæsumus;
ut qui ex morte ejusdem Filij sui præ-
visa, eam ab omni labore præservasti ; nos
quoque mundos ejus intercessione ad te
pervenire concedas. Per eundem Dñm.
Fit tantum commemoratio Ferie occurrit.

Ad Complet. & ad alios Hymnos Horarum dicitur v. Jesu, tibi sit gloria, & per oct. etiam in Festis.

AD COMPLETORIUM.

Lector incipit v. Jube domne benedicere.

Benedictio. Noctem quietam, & finem
perfectum concedat nobis Dominus om-
nipotens. R. Amen.

Lectio brevis. i. Petri 5. 6.

Fratres, Sobrij estote, & vigilate: quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Tu autem Domine miserere nobis. Rx. Deo gratias.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Rx. Qui fecit cœlum & terram. Pater noster. *dicitur totum secretò.*

Deinde Hebdomadarius facit confessionem.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptista, sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Chorus responderet.

Misereatur tui omnipotens Deus,
& dimissis peccatis tuis, perducat
te ad vitam æternam. Rx. Amen.

*Deinde repetit confessionem: & ubi di-
citur vobis fratres, & vos fratres, di-
catur tibi pater, & te pater.*

*Facta confessione à Choro, Hebdomada-
rius dicit.*

Misereatur vestri omnipotens Deus,
& dimissis peccatis vestris, per-
ducat vos ad vitam æternam. Rx. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remis-
sionem peccatorum nostrorum tribuat
nobis omnipotens & misericors Domi-
nus. Rx. Amen.

Et facta Absolutione, dicitur ¶.

Converte nos Deus salutaris noster. Rx.
Et averte iram tuam á nobis. ¶. De-
us in adjutorium meum intende. Rx. Do-
mine ad adjuvandum me festina. Gloria
Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut
erat in principio, & nunc, & semper, &
in sæcula sæculorum, Amen. Alleluya.

Antiphona. Miserere. Psalmus 4.

Cum invocarem, exaudivit me Deus
justitiae meæ: * in tribulatione di-

latasti mihi.

Miserere mei: * & exaudi orationem
meam.

Fili hominum usquequo gravi corde? *
ut quid diligitis vanitatem, & queritis
mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Domi-
nus sanctum suum: * Dominus exaudiet
me, cum clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: * quæ di-
citis in cordibus vestris, in cubilibus ves-
tris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, & spera-
te in Domino. * Multi dicunt: Quis os-
tendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui
Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & olei sui *
multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, & re-
quiescam;

Quoniam tu Domine singulariter in spe*
constituisti me. Gloria Patri, &c.

Psalmus 30.

IN te Domine speravi, non confundar
in æternum: * in justitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, * accele-
ra ut crudas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in do-
mum refugii, * ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium
meum es tu: * & proper nomen tuum
deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abs-
conderunt mihi: * quoniam tu es pro-
tector meus.

In manus tuas commendo spiritum me-
um: * redemisti me Domine Deus ve-
ritatis. Gloria Patri, &c.

Psalmus 90.

QUI habitat in adjutorio Altissimi, *
in protectione Dei cœli commo-
rabitur.

Dicet Domino: Susceptor meus es tu,
& refugium meum: * Deus meus spe-
rabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo
venantium, * & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: * & sub
pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: * non
timebis à timore nocturno.

B

A

A sagitta volante in die, à negotio per-
ambulante in tenebris: * ab incursu, &
dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem
millia à dextris tuis: * ad te autem non
appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: *
& retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: * al-
tissimum posuisti refugium tuum.

Non acceder ad te malum: * & flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: *
ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis: *
& conculcabis Iconem & draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: *
protegam eum, quoniam cognovit no-
men meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: *
cum ipso sum in tribulatione: eripiam
eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: * &
ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedicite Dominum, *
omnes servi Domini.
Qui statis in domo Domini, * in atrijs
domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in
sancta, * & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fe-
cit coelum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Miserere mihi Domine,
& exaudi orationem meam.

Hymnus.

Te lucis ante terminum,
Rerum Creator poscimus;
Ut pro tua clementia
Sis praesul & custodia.
Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata;
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

Capitulum.

Jerem. 14.

TU autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos Domine Deus noster. *R.* Deo gratias.

R. breve. In manus tuas Domine, * Commendo spiritum meum. In manus tuas Domine, Commendo spiritum meum. *v.* Redemisti nos Domine Deus veritatis. Commendo spiritum meum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. In manus tuas Domine, Commendo spiritum meum. *v.* Custodi nos Domine ut pupillam oculi. *R.* Sub umbra alarum tuarum protege nos.

Antiphona. Salva nos.

Canticum Simeonis. *Luca 2.*

NUNC dimittis servum tuum Domine, * secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei * salutare tuum. Quod parasti * ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium, * & gloriam plebis tue Israel. Gloria Patri.

Antiphona. Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes: ut vigilemus cum

Christo, & requiescamus in pace.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo. *Oratio.*

Visita, quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Rx. Amen.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo. ¶. Benedicamus Domino. Rx. Deo gratias. *Benedictio.* Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Rx. Amen.

Antiphona.

Alma Redemptoris Mater, quæ per via cœli,
Porta manes, & stella maris, succurre cadenti,
Surgere qui curat populo: tu quæ genuisti,

Natura mirante, tuum sanctum Genitorem,
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore

Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

v. Angelus Domini nuntiavit Mariæ.

R. Et concepit de Spiritu sancto.

Oratio.

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: ut, qui Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus; per passionem ejus & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

v. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R. Amen.

Deinde dicitur secretō, Pater noster, Ave Maria, & Credo.

AD MATUTINUM.

Ater noster, qui es in cœlis:
Psanctificetur nomen tuum: ad-
veniat regnum tuum: fiat vo-
luntas tua, sicut in cœlo &
in terra. Panem nostrum quotidianum

da nobis hodie : & dimitte nobis debita nostra , sicut & nos dimittimus debitori- bus nostris: Et ne nos inducas in tentatio- nem : sed libera nos á malo, Amen.

A Ve Maria , gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesu. Sancta Maria , Mater Dei , ora pro no- bis peccatoribus nunc , & in hora mor- tis nostræ , Amen.

C Redo in Deum , Patrem omnipo- tentem , Creatorem cœli & terræ. Et in Iesum Christum , Filium ejus uni- cum , Dominum nostrum: qui concep- tus est de Spiritu sancto , natus ex Ma- ria Virgine , passus sub Pontio Pilato, crucifixus , mortuus , & sepultus: des- cendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis: ascendit ad cœlos , sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: in- de venturus est judicare vivos & mor- tuos. Credo in Spiritum sanctum , san- tam Ecclesiam catholicam , Sanctorum communionem , remissionem peccato- rum , carnis resurrectionem , vitam æter- nam , Amen.

Domine labia mea aperies. **R.** Et
os meum annuntiabit laudem
tuam. **V.** Deus in adjutorium
meum intende. **R.** Domine ad adjuvan-
dum me festina. Gloria Patri, & Filio,
& Spiritui Sancto. Sicut erat in princi-
pio, & nunc, & semper, & in sæcula
sæculorum. Amen. Alleluya.

Invitatorium. Immaculatam Conceptio-
nem Virginis Mariæ celebremus,* Christum
eius præservatorem adoremus Do-
minum. *Repetitur.* Immaculatam Con-
ceptionem Virginis Mariæ celebremus,*
Christum eius præservatorem adoremus
Dominum. *Psalmus 94.*

Venite, exultemus Domino, jubile-
mus Deo salutari nostro: præocupe-
mus faciem eius in confessione, & in
psalmis jubilemus ei.

Immaculatam Conceptiōnē Virginis
Mariæ celebremus,* Christum eius
præservatorem adoremus Dominum.
Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex
magnus super omnes deos: quoniam non
repellet Dominus plebem suam, quia in
manu eius sunt omnes fines terræ, & al-

titudines montium ipse conspicit.

Christum ejus præservatorem adoremus Dominum.

Quoniam ipsius est mare , & ipse fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus: venite adoremus , & procidamus ante Deum ; ploremus coram Domino , qui fecit nos , quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem populus ejus , & oves pascuae ejus.

Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, * Christum ejus præservatorem adoremus Dominum.

Hodie si vocem ejus audieritis , nolite obdurare corda vestra , sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, & viderunt opera mea.

Christum ejus præservatorem adoremus Dominum.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas , quibus juravi in ira mea , si introibunt in requiem meam.

Immaculatam Conceptionem Virginis

nis Mariæ celebremus,* Christum ejus
præservatorem adoremus Dominum.
Gloria Patri , & Filio , & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio , & nunc, &
semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Christum ejus præservatorem adore-
mus Dominum.

Immaculatam Conceptionem Virginis
Mariæ celebremus, * Christum ejus
præservatorem adoremus Dominum.

Hymnus.

Quem terra , pontus , sidera
Colunt , adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Clastrum Mariæ bajulat.

Cui luna , sol , & omnia
Deserviunt per tempora;
Perfusa cœli gratia ,
Gestant puellæ viscera.

Beata Mater munere ,
Cujus supernus Artifex
Mundum pugillo continens,
Ventrīs sub arca clausus est.

Beata Cœli nuntio ,
Fecunda Sancto Spiritu ,
Desideratus Gentibus

Cujus per alvum fusus est.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna sœcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Antiphona. Multæ filiæ congregaverunt
sibi divitias, tu vero supergiessa es uni-
versas. *Psalmus 8.*

Domine Dominus noster, * quām
admirabile est nomen tuum in uni-
versa terra !

Quoniam elevata est magnificentia tua *
super cœlos.

Ex ore infantium & lactentium per-
secisti laudem propter inimicos tuos, *
ut destruas inimicum, & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera di-
gitorum tuorum : * lunam, & stellas,
quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? *
aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulo minus ab Angelis,
gloria & honore coronasti eum: * &
constituisti eum super opera manuum
tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, *
oves, & boves universas, insuper &
pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris, * qui
perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quám admirabile
est nomen tuum in universa terra!
Gloria Patri, & Filio.

Ana. Multæ filiæ congregaverunt sibi di-
vitias, tu verò supergressa es universas.

Antiphona. Surrexerunt filij ejus, & bea-
tissimam prædicaverunt; vir ejus, & lau-
davit eam. *Psalmus 18.*

Coeli enarrant gloriam Dei, * &
opera manuum ejus annuntiat fir-
mamentum.

Dies diei eructat verbum, * & nox noc-
ti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, *
quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum; *
& in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: * &
ipse tamquam sponsus procedens de tha-
lamo suo.

Exultavit ut gigas ad currēdam viam, *

à summo cœlo egressio ejus.

Et occursus ejus usque ad summum ejus: *
nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Domini immaculata , convertens
animas: * testimonium Domini fidele,
sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ , lætificantes cor-
da: * præceptum Domini lucidum , il-
luminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæ-
culum sæculi: * judicia Domini vera,
justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem
pretiosum multum : * & dulciora super
mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea , * in cus-
todiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ? ab occultis meis
munda me: * & ab alienis parce servo tuo.
Si mei non fuerint dominati , tunc im-
maculatus ero: * & emundabor à de-
licto maximo.

Et erunt , ut complacent eloquia oris
mei: * & meditatio cordis mei in con-
spectu tuo semper.

Domine adjutor meus , * & redemptor

meus. **Gloria Patri, & Filio, &c.**

Antiphona. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt; vir ejus, & laudavit eam.

Antiphona. Fortitudo & decor indumentum ejus, byssus & purpura vestis illius.

Psalmus 23.

Domiⁿi est terra, & plenitudo ejus: *
orbis terrarum, & universi qui
habitant in eo.

Quia ipse super m^aria fundavit eum: *
& super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut
quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde: *
qui non accepit in vano animam suam,
nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: *
& misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, *
quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, &
elevamini portæ xternales: * & introibit
Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis
& potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ aeternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Gloria Patri.

Antiphona. Fortitudo & decor indumentum ejus, byssus & purpura vestis illius.

¶. Liberasti me Domine ex oce Leonis.

¶. Et à cornibus unicornium hamilitatem meam. Pater noster. *secretio* ¶. Et ne nos inducas in temptationem. ¶. Sed libera nos á malo. *Absolutio*.

Exaudi Domine Jesu Christe preces servorum tuorum, & misericordie nobis, qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. ¶. Amen.

Vers. Jube domne benedicere. *Benedictio.* Benedictione perpetua benedicat nos Pater aeternus. ¶. Amen.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. *Cap. 24.*

EGO ex ore Altissimi prodivi, pri-mogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitavi, &

thronus meus in columna nubis. Gyrum
cœli circuivi sola, & profundum abyssi
penetravi ; in fluctibus maris ambula-
vi, & in omni terra steti , & in omni po-
pulo , & in omni gente primatum ha-
bui: & omnium excellentium, & humili-
lium corda virtute calcavi; & in his om-
nibus requiem quæsivi, & in hæreditate
Domini morabor. Tunc præcepit , &
dixit mihi Creator omnium : & qui crea-
vit me, requievit in tabernaculo meo, &
dixit mihi: In Jacob inhabita , & in Is-
rael hæreditare , & in electis meis mit-
te radices. Tu autem Domine miserere
nobis. Rx. Deo gratias.

Rx. Ego ex ore Altissimi prodivi, primo-
genita ante omnem creaturam: ego in
cœlis feci, ut oriretur lumen indeficiens:
Et sicut nebula texi omnem carnem.

Rx. Gyrum cœli circuivi sola, & profun-
dum abyssi penetravi: & in omni popu-
lo , & in omni gente primatum tenui.
* Et sicut nebula texi omnem carnem.

Rx. Jube domne benedicere. *Benedic-
tio.* Unigenitus Dei Filius nos benedice-
re & adjuvare dignetur. Rx. Amen.

Lectio ii.

AB initio, & ante sæcula creata sum,
& usque ad futurum sæculum non
desinam, & in habitatione sancta coram
ipso ministravi. Et sic in Sion firmata
sum, & in civitate sanctificata similiter
requievi, & in Jerusalem potestas mea.
Et radicavi in populo honorificato, &
in parte Dei mei hæreditas illius, & in
plenitudine Sanctorum detentio mea.
Quasi cedrus exaltata sum in Libano, &
quasi cypressus in monte Sion. Quasi pal-
ma exaltata sum in Cades, & quasi plan-
tatio rosæ in Jericho. Quasi oliva specio-
sa in campis, & quasi platanus exaltata
sum juxta aquam in plateis. Sicut cinna-
momum & balsamum aromatizans, odo-
rem dedi: quasi myrrha electa dedi sua-
vitatem odoris, & quasi storax, & gal-
banus, & ungula, & gutta, & quasi Li-
banus non incisus, vaporavi habitatio-
nem meam, & quasi balsamum non mis-
tum odor meus. Tu autem Domine mi-
serere nobis. Rx. Deo gratias.
Rx. Transite ad me omnes, qui concu-
piscitis me, & à generationibus meis

implemini: * Spiritus enim meus super
mel dulcis, & hæreditas mea super mel
& favum.

¶. Qui audit me, non confundetur: &
qui elucidant me, vitam æternam habe-
bunt.* Spiritus enim meus super mel dul-
cis, & hæreditas mea super mel & fa-
vum.

¶. Jube domne Benedicere. *Benedictio.*
Spiritus sancti gratia illuminet sensus &
corda nostra. Rx. Amen.

Lectio iii.

EGO quasi terebinthus extendi ramos
meos, & rami mei honoris & gra-
tiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem
odoris: & flores mei fructus hono-
ris, & honestatis. Ego mater pulchræ di-
lectionis, & timoris, & agnitionis, &
sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, &
veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtu-
tis. Transite ad me omnes, qui concupis-
citis me, & à generationibus meis imple-
mini: Spiritus enim meus super mel dul-
cis, & hæreditas mea super mel & fa-
vum. Memoria mea in generationes sa-
culorum. Qui edunt me, adhuc esuri-

ent: & qui bibunt me, adhuc sitient.
Qui audit me, non confundetur; & qui
operatorantur in me, non peccabunt. Qui
elucidant me, vitam æternam habebunt.
Tu autem Domine miserere nobis. **R.**
Deo gratias.

R. Meum est consilium & æquitas, mea
est prudentia, mea est fortitudo: * Per
me reges regnant, per me principes im-
perant, & potentes decernunt justitiam.

V. Ego diligentes me diligo, & qui
manè vigilant ad me, invenient me.* Per
me reges regnant, per me principes im-
perant, & potentes decernunt justitiam.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sanc-
to. * Per me reges regnant, per me prin-
cipes imperant, & potentes decernunt
justitiam.

IN II. NOCTURNO.

Antiphona. Quid videtis in Sulamite, nisi
choros castrorum? *Psalmus 44.*

Erectavit cor meum verbum bonum: *
dico ego opera mea Regi.
Lingua mea calamus scribax, * veloci-
ter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, dif-
fusa est gratia in tabiis tuis: * propterea
benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tu-
um, * potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua * in-
tende, prospere procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem,
& justitiam: * & deducet te mirabili-
ter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te ca-
dent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: *
virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: *
propterea unxit te Deus Deus tuus oleo
lætitiae præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis
tuis, à domibus eburneis: * ex quibus de-
lectaverunt te filiae regum in honore tuo.
Asitit regina à dextris tuis in vestitu de-
aurato, * circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem
tuam: * & obliviscere populum tuum,
& domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: *

quoniam ipse est Dominus Deus tuus,
& adorabunt eum.

Et filiae Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis. Omnis gloria ejus filiae regis ab intus,* in simbriis aureis circumamicta varietatibus. Adducentur Regi virgines post eam: * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: * adducentur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui * in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum , * & in sæculum sæculi.

Gloria Patri.

Antiphona. Quid videtis in sulamite,
nisi choros castrorum?

Antiphona. Aquæ multæ non potuerunt
extinguere charitatem; nec flumina pec-
catorum obruent Mariam.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium , & virtus; *
adjutor in tribulationibus , quæ
invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus , dum turbabitur terra : * & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt , & turbatæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatæ sunt Gentes , & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam , mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum : * susceptor noster Deus Jacob.

Venite , & videte opera Domini , quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret , & confringet arma : * & scuta comburet igni.

Vacate , & videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in Gentibus , & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum : * susceptor noster Deus Jacob. Gloria Patri.

Antiphona. Aquæ multæ non potuerunt
extinguere charitatem; nec flumina pec-
catorum obruent Mariam.

Antiphona. A custodia matutina usque ad
noctem speravit Maria in Domino, quia
copiosa apud eum redemptio.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanc-
tis: * diligit Dominus portas Sion
super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis * sci-
entium me.

Ecce alienigenæ & Tyrus & populus
Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, & ho-
mo natus est in ea: * & ipse fundavit
eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populo-
rum, & principum; * horum qui fue-
runt in ea.

Sicut lætantium omnium * habitatio est
in te. Gloria Patri.

Antiphona. A custodia matutina usque ad
noctem speravit Maria in Domino, quia
copiosa apud eum redemptio.

¶. Eruisti à framea Deus animam meam.
¶. Et de manu canis unicam matrem
meam. Pater noster. *secretó* ¶. Et ne
nos inducas in temptationem. ¶. Sed libe-
ra nos á malo. — *Absolutio.*

Ihesus pietas & misericordia nos adju-
vet, qui cum Patre & Spiritu sancto
vivit & regnat in sæcula sæculorum.
¶. Amen.

Vers. Jube domne benedicere. *Benedic-
tio.* Deus Pater omnipotens sit nobis
propitius & clemens. ¶. Amen.

Sermo S. Hieronymi Presbyteri.

Lectio iv.

Qualis & quanta esset beata & glo-
riosa semper Virgo Maria, ab An-
gelo divinitus declaratur, cum dicitur:
Ave gratia plena: Dominus tecum: be-
nedita tu in mulieribus. Talibus nam-
que decebat Virginem oppignorari mu-
nieribus, ut esset gratia plena, quæ de-
dit cœlis gloriam, terris Dominum, pa-
cemque refudit, fidem Gentibus, finem
virtutis, vitæ ordinem, moribus discipli-
nam. Et benè plena, quia cæteris per
partes præstatur; Mariæ verò simul se

tota infudit plenitudo gratiæ. Verè plena, quia etsi in sanctis Patribus & Prophetis gratia fuisse creditur; non tamen cætenus plena: in Maria verò totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit, quamquam aliter. Et ideo inquit: Benedicta tu in mulieribus: idest, plus benedicta, quam omnes mulieres: Ac per hoc quidquid maledictionis infusum est per Hevam, totum abstulit benedictio Mariæ. Tu autem Dominè misere nobis. Rx. Deo gratias.

Rx. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea, pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis. * Faciamus adjutorium simile sibi.

V. Eò quod castitatem amaveris, virumque nescieris: ideo & manus Domini confortavit te, & eris benedicta in æternum. * Faciamus adjutorium simile sibi.

V. Jube domine benedicere. *Benedictio.* Christus perpetuæ det nobis gaudia vita. Rx. Amen.

Lectione v. Cap. 2. & 4.

DE ipsa Salomon in Canticis, quasi in laudem ejus: Veni, inquit, co-

lumba mea , immaculata mea. Jam enim
hiems transiit , imber abiit , & recessit.
Ac deinde inquit : Veni de Libano , ve-
ni , coronaberis. Non immerito igitur
venire de Libano jubetur , quia Libanus
candidatio interpretatur. Erat enim can-
didata multis meritorum virtutibus , &
dealbata nive candidior: Spiritus Sancti
muneribus , simplicitatem columbae in
omnibus repræsentans , quoniam quid-
quid in ea gestum est , totum puritas
& simplicitas , totum veritas & gratia
sunt , totum misericordia & justitia , quæ
de cœlo prospexit : & ideo immaculata ,
quia in nullo corrupta. Tu autem Do-
mine miserere nobis. Rx. Deo gratias.

Rx. Fac tibi arcam de lignis lævigatis.
Ruptique sunt fontes abyssi magna: * Et
factum est diluvium peccati super om-
nem terram.

¶. Arca vero Deifera elevata est in subli-
me , & ferebatur super aquas , opertique
sunt omnes montes excelsi Sanctorum.*
Et factum est diluvium peccati super
omnem terram.

¶. Jube domne benedicere. *Benedictio.*

Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris. Rx. Amen.

Lectio vi.

Circumdedit enim virum in utero, sicut Jeremias sanctus testatur, & non aliunde accepit. Faciet, inquit, Dominus novum super terram, & mulier circumdabit virum. Verè novum, & omnium novitatum supereminens novitas virtutum, quando Deus (quem ferre non potest mundus, neque videre aliquis, ut vivere possit,) sic ingressus est hospitium ventris, ut corporis claustrum nesciret: sicque gestatus, ut totus Deus in eo esset: & sic exivit inde, ut esset (sicut Ezechiel fatetur) porta omnino clausa. Unde canitur in eisdem Canticis de ea: Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus. Verè hortus deliciarum, in quo consita sunt universa florum genera, & odoramenta virtutum; sicque conclusus, ut nesciat violari, neque corrupti ullis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis. Tu autem Domine miserere nobis. Rx. Deo gratias.

v. Fiat mihi sanctuarium , & habitabo
in medio eorum. Arcam de lignis Setim
compingite; & deaurabis eam auro mun-
dissimo intus & foris: * Et pones super
mensam panes propositionis in conspec-
tu meo semper.

v. Inspice, & fac secundūm exemplar,
quod tibi in monte monstratum est. * Et
pones super mensam panes propositi-
onis in conspectu meo semper. Gloria Pa-
tri , & Filio , & Spiritui Sancto. Et po-
nes super mensam panes propositionis
in conspectu meo semper.

IN III. NOCTURNO.

Antiphona. Quæ est ista , quæ ascendit
per desertum, sicut virgula fumi, ex aro-
maribus mirrhæ & thuris, & universi
pulveris pigmentarii?

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum novum: *
Cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino , & benedicite nomi-
ni ejus: * annuntiate de die in diem sa-
lutare ejus.

Annunciate inter Gentes gloriam ejus : *

in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.
Quoniam omnes dii Gentium dæmonia: *
Dominus autem cœlos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu
ejus: * sanctimonia & magnificentia in
sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ Gentium, afferte
Domino gloriam & honorem: * afferte
Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: *
adorate Dominum in atrio sancto ejus.
Commoveatur à facie ejus universa ter-
ra: * dicite in Gentibus, quia Domi-
nus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non
commovebitur: * judicabit populos in
æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra, commo-
veatur mare, & plenitudo ejus: * gaude-
bunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum
à facie Domini quia venit: * quoniam
venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * &

populos in veritate sua.

Gloria Patri , &c.

Antiphona. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi , ex aromatibus mirræ & thuris , & universi pulveris pigmentarii ?

Antiphona. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani , columnas ejus fecit argenteas , reclinatorium aureum , ascensum purpureum , media charitate constravit. *Psalmus 96.*

Dominus regnavit , exultet terra : *
lætentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu ejus : * justitia & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet , * & inflamabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit , & commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt à facie Domini , * à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus : * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculp-tilia: * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audi-

vit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ, * propter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas Sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino: * & confitemini memorie sanctificationis ejus.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constravit.

Antiphona. Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? *Psalmus 97.*

Cantate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, * & brachi-

um sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : *
in conspectu Gentium revelavit justiti-
am suam.

Recordatus est misericordiæ suæ , * &
veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salu-
tare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate , &
exultate , & psallite.

Psallite Domino in cithara , in cithara ,
& voce psalmi : * in tubis ductilibus , &
voce tubæ cornæ.

Jubilate in conspectu Regis Domini : *
moveatur mare , & plenitudo ejus , orbis
terrarum , & qui habitant in eo.

Fiumina plaudent manu , simul montes
exultabunt à conspectu Domini : * quo-
riam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia , *
& populos in æquitate. Gloria Patri.

Antiphona. Quæ est ista , quæ progreditur ,
quæ aurora consurgens , pulchra ut lu-
na , electa ut sol , terribilis ut castorum
acies ordinata ?

X. Verè Dominus est in loco sancto isto ,

& ego nesciebam.

R. Non est h̄ic aliud, nisi domus Dei,
& porta cœli.

Pater noster. *secretō.* ¶ Et ne nos inducas
in temptationem. R. Sed libera nos à malo.

Absolutio.

A vinculis peccatorum nostrorum
absolvat nos omnipotens, & mi-
sericors Dominus. R. Amen.

Vers. Jube domne benedicere. *Benedic-
tio.* Evangelica lectio sit nobis salus, &
protectio. R. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 11.

IN illo tempore: Loquente Jesu ad tur-
bas, extollens vocem quædam mulier
de turba, dixit illi: Beatus venter, qui
te portavit. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presb.

Lib. 4. Cap. 49. in Luc. 11.

MAgnae devotionis & fidei hæc mu-
lier ostenditur, quæ Scribis, &
Phariseis Dominum tentantibus, simul
& blasphemantibus, tanta ejus incarna-
tionem præ omnibus sinceritate cognoscit,
tanta fiducia confitetur, ut & præ-

D sentium

sentium procerum calumniam, & futuro.
rum confundat hæreticorum perfidiam.
Tu autem Domine miserere nobis. Rx.
Deo gratias.

Rx. Omnes moriemini , quia in Adam
peccavistis: quid habes, Esther elevata in
populis ? Ego sum frater tuus, noli time-
re , non morieris. * Non enim pro te,
sed pro omnibus hæc lex constituta est.

¶. Non extinguetur in nocte lucerna
tua, & non timebis á frigore nivis.* Non
enim pro te , sed pro omnibus hæc lex
constituta est.

¶. Jube domne benedicere. *Benedictio.*
Cujus festum colimus , ipsa Virgo vir-
ginum intercedat pro nobis ad Domi-
num. Rx. Amen.

Lectio viii.

NAM sicut tunc Judæi, sancti Spiritus
opera blasphemando , verum con-
substantialemque Patri Dei Filium nega-
bant: sic hæretici postea negando , Ma-
riam semper virginem , sancti Spiritus
operante virtute, nascituro cum huma-
nis membris Unigenito Dei , carnis suæ
materiam ministrasse , verum consubst-

tantialemque matri Filium hominis fa-
teri non debere dixerunt. Tu autem Do-
mine miserere nobis. R. Deo gratias.
R. Filius meus parvulus est, & delicatus.
Domus quam ædificari volo, talis esse
debet, ut in cunctis nationibus nomine-
tur: * Et ob hanc causam ante mortem
suam omnes præparavit impensas.

V. Elegi, & sanctificavi locum istum,
ut sit nomen meum ibi in sempiternum,
& permaneant oculi mei, & cor meum
ibi cunctis diebus. * Et ob hanc causam
ante mortem suam omnes præparavit im-
pensas. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
sancto. * Et ob hanc causam ante mortem
suam omnes præparavit impensas.

V. Jube domine benedicere. *Benedictio.*
Ad societatem civium supernorum per-
ducat nos Rex Angelorum. R. Amen.

Lectio ix.

SED si caro Verbi Dei secundùm car-
nem nascentis, à carne Virginis ma-
tris pronuntiatur extranea, sine causa
venter qui cum portasset: & ubera, quæ
lactassent, beatificantur. Dicit autem A-
postolus: Quia misit Deus filium suum

factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt qui legendum putant: natum ex muliere, factum sub lege: sed, Factum ex muliere: quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne: alioquin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Tu autem Domine miserere nobis. R. Deo gratias.

Hymnus Ss. Ambrosij, & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli, & universæ potestates:

Tibi Cherubim, & Seraphim: incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli & terra majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus,
Te Prophetarum laudabilis numerus,
Te Martyrum cädidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum , sancta confitetur Ecclesia,
Patrem immensæ majestatis ,
Venerandum tuum verum & unicum
Filium.

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem ,
non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo : aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes : in gloria
Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni:
quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis: in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine:
& benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos : & extolle illos usque in
æternum.

Per singulos dies , benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum ,
& in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto , sine peccato
nos custodire.

Miserere nostri Domine : miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos:
quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: non confundar
in æternum.

*Si hoc Festum occurrat in Dominica Ad-
ventus, lectio ix. dicetur de Dominica, &
de ea fiet commemoratio in 1. & 2. Vespe-
ris, in Laudibus, & Missa.*

A D L A U D E S. v.

DEUS in adjutorium meum inten-
de. &. Domine ad adjuvandum
me festina. Gloria Patri , & Fi-
lio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in prin-
cipio , & nunc , & semper , & in sæcula
sæculorum. Amen. Alleluia.

Antiphona. Domum tuam decet sancti-
tudo Domine in longitudinem dierum.

Psalmus 92.

Dominus regnavit, decorem indu-
tus est : * indutus est Dominus for-
titudinem , & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ , * qui non

conmovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: * à seculo tu es.
Elevaverunt flumina, Domine: * eleva-
verunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos, * à
vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris, * mirabilis
in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt ni-
mis: * domum tuam decet sanctitudo
Domine in longitudinem dieruni.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Domum tuam decet sancti-
tudo Domine in longitudinem dierum.

Antiphona. Hæc est domus Domini fir-
miter ædificata: benè fundata est supra
firmam petram. *Psalmus 99.*

Jubilate Deo omnis terra: * servite
Domino in lætitia.

Introite in conspectu ejus, * in exulta-
tione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: *
ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus ejus, & oves pascuae ejus: * in-
troite portas ejus in confessione, atria
ejus in hymnis: confitemini illi.

Laudate nomen ejus : quoniam suavis est
Dominus, in æternum misericordia ejus : *
& usque in generationem & generatio-
nem veritas ejus. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Hæc est domus Domini fir-
miter ædificata : benè fundata est supra
firmam petram.

Antiphona. Fundavit eam Altissimus,
qui super māriā fundavit eam, & super
flumina præparavit illam.

Psalmus 62.

Deus, Deus meus, * ad te de lu-
ce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quām mul-
tipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & invia, & inaquosa : *
sic in sancto apparui tibi, ut viderem
virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua su-
per vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * & in
nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur ani-
ma mea : * & labiis exultationis lauda-
bit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum,

in matutinis meditabor in te: * quia
fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exulta-
bo, adhæsit anima mea post te: * me
suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam
meam, introibunt in inferiora terræ: *
tradentur in manus gladii, partes vul-
pium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur
omnes qui jurant in eo: * quia obstruc-
tum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, & benedicat
nobis: * illuminet vultum suum su-
per nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: *
in omnibus Gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * con-
fiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: * quo-
niam judicas populos in æquitate, &
Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confi-
teantur tibi populi omnes: * terra de-

dit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Fundavit eam Altissimus, qui super maria fundavit eam, & super flumina præparavit illam.

Antiphona. Dominus custodit te ab omni malo Maria, custodivit annam tuam, introitum tuum, & exitum tuum in sæculum.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini Dominus: * laudate, & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: * benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: * benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: * benedi-

nedicite frigus & aitus Domino.
Benedicite iores & pruina Domino: *
benedicite gelu & frigus Domino.
Benedicite glacies & nives Domino: *
benedicite noctes & dies Domino.
Benedicite lux & tenebrae Domino: * be-
nedicite fulgura & nubes Domino.
Benedicat terra Dominum: * laudet &
superexaltet eum in saecula.
Benedicite montes & colles Domino: *
benedicite universa germinantia in ter-
ra Domino.
Benedicite fontes Domino: * benedicite
maria & flumina Domino.
Benedicite cete & omnia, quae moventur
in aquis Domino: * benedicite om-
nes volucres coeli Domino.
Benedicite omnes bestiae & pecora Do-
mino: * benedicite filii hominum Do-
mino.
Benedicat Israel Dominum: * laudet, &
superexaltet eum in saecula.
Benedicite sacerdotes Domini Domino: *
benedicite servi Domini Domino.
Benedicite spiritus, & animae justorum
Domino: * benedicite sancti, & hu-
miles

miles corde Domino.

Benedicite Anania , Azaria , Misael
Domino : * laudadate & superexaltate
eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum
sancto Spiritu : * laudemus & superexal-
temus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento
cœli : * & laudabilis , & gloriosus , & su-
perexaltatus in sæcula.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Antiphona. Dominus custodit te ab om-
ni malo Maria , custodivit animam tu-
am , introitum tuum , & exitum tuum
in sæculum.

Antiphona. Fluminis impetus lætificat
civitatem Dei , sanctificavit tabernacu-
lum suum Altissimus.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cœlis : * lau-
date eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * lau-
date eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna : * laudate
eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum : * & aquæ

omnes quæ super cœlos sunt , laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit , & facta sunt : * ipse mandavit , & creata sunt.

Statuit ea in æternum , & in sæculum sæculi : * præceptum posuit , & non præteribit.

Laudate Dominum de terra , * dracones , & omnes abyssi.

Ignis , grando , nix , glacies , spiritus procellarum , * quæ faciunt verbum ejus :

Montes , & omnes colles : * ligna fructifera , & omnes cedri :

Bestiæ , & universa pecora ; * serpentes , & volucres pennatæ :

Reges terræ , & omnes populi : * principes , & omnes judices terræ :

Juvenes & virgines , senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum & terram : * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel , populo appropinquenti sibi .

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticum novum: * laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * & exaltavit masuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.

A faciendam vindictam in nationibus, * increpationes in populis:

Ad a ligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Hic non dicitur Gloria. Psalmus 150.

Laudate Dominum in Sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem mag-

nitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in spalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: * laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilacionis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Fluminis impetus lœtificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Capitulum. Prov. 8.

EGO diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, invenient me. In vijs justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Rx. Deo gratias.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:

Intrent ut astra flebiles,
Cœli recludis cardines.

Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.

Jesu , tibi sit gloria ,
Qui natus es de Virgine ,
Cum Patre , & almo Spiritu ,
In sempiterna sæcula. Amen.

¶. Non accedet ad te malum.

¶. Neque flagellum appropinquabit
tabernaculo tuo.

Antiphona. Quám pulchra es amica mea,
columba mea, immaculata mea ! & odor
vestimentorum tuorum super omnia aro-
mata , alleluia.

Canticum Zachariae. *Luca* i. g.

Benedictus Dominus Deus Israel , *
quia visitavit , & fecit redemptio-
nem plebis suæ :

Et erexit cornu salutis nobis , * in do-
mo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum , *
qui á sæculo , sunt Prophetarum ejus.
Salutem ex inimicis nostris , * & de ma-

nu omnium , qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum pa-
tribus nostris : * & memorati testamen-
ti sui sancti.

Jusjurandum , quod juravit ad Abraham
patrem nostrum , * daturum se nobis :

Ut sine timore de manu inimicorum
nostrorum liberati , * serviamus illi.

In sanctitate , & justitia coram ipso , *
omnibus diebus nostris.

Et tu puer , Propheta Altissimi voca-
ris : * praebis enim ante faciem Domi-
ni parare vias ejus :

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus , *
in remissionem peccatorum eorum :

Per viscera misericordie Dei nostri : * in
quibus visitavit nos , oriens ex alto :
Illuminare his , qui in tenebris , & in um-
bra mortis sedent : * ad dirigendos pe-
des nostros in viam pacis.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Antiphona. Quàm pulchra es amica mea ,
columba mea , immaculata mea ! & odor
vestimentorum tuorum super omnia aro-
mata , alleluia.

Deinde dicitur v. Dominus vobiscum .

E

R.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEUS, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus; ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labore præservasti; nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dñm.

Fit commemoratio Feriae occurrentis.

Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

V. Fidelium animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace. R. Amen.

AD PRIMAM

Pater noster. Ave Maria. Credo. fol.

22. & 23.

v.

Deus in adjutorium meum intende. R. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, & Filiō, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

Hymnus.

Jam lucis orto sidere
Deum præcemur suplices,

Ut in diurnis actibus

Nos servet a nocentibus.

Linguam refrænans temperet,

Ne litis horror insonet:

Visum fovendo contegat,

Ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima,

Absistat & recordia:

Carnis terat superbiam

Potus cibique parcitas.

Ut cum dies abscesserit,

Noctemque fors reduxerit,

Mundi per abstinentiam

Ipsi canamus gloriam.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & almo Spiritu,

In sempiterna secula. Amen.

Antiphona. Domum tuam.

Psalmus 53.

Deus in nomine tuo salvum me fac: *

& in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam: * auri-

bus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum

me, & fortis quæsierunt animam me-

am: * & non proposuerunt Dcum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me, * & Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: * & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi, * & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: * & super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria Patri, &c.

Psalmus 118.

BEATI IMMACULATI IN VIA: * QUI AMBULANT IN LEGE DOMINI.

Beati, qui scrutantur testimonia ejus: * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, * in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandaisti * mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ, * ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar, * cum perspereo in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis, * in

eo quod didici judicia justitiae tuæ.
Justificationes tuas custodiam : * non
me derelinquas usquequaque.
In quo corrigit adolescentior viam su-
am ? * in custodiendos sermones tuos.
In toto corde meo exquisivi te : * ne
repellas me à mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua : *
ut non peccem tibi.
Benedictus es Domine : * doce me jus-
tificationes tuas.
In labiis meis * pronunciavi omnia
judicia oris tui.
In via testimoniorum tuorum delectatus
sum , * sicut in omnibus divitiis.
In mandatis tuis exercebor : * & consi-
derabo vias tuas.
In justificationibus tuis meditabor : *
non obliviscar sermones tuos.
Gloria Patri , & Filio , &c.
Rerribus servo tuo , vivifica me : *
& custodiam sermones tuos.
Revela oculos meos : * & considerabo
mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra : * non abscon-
das á me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas * in omni tempore.
Increpasti superbos : * maledicti qui declinant à mandatis tuis.
Aufer à me opprobium & contemptum: * quia testimonia tua exquisivi.
Etenim sederunt principes , & adversum me loquebantur: * servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea est : * & consilium meum justificationes tuæ.
Adhæsit pavimento anima mea : * vivifica me secundùm verbum tuum.
Vias meas enuntiavi , & exaudisti me: * doce me justificationes tuas.
Viam justificationum tuarum instrue me: * & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitavit anima mea præ tædio : * confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amove à me: * & de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: * judicia tua non sum oblitus.
Adhæsi testimoniis tuis Domine , * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: *
cum dilatasti cor meum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Domum tuam decet sancti-
tudo Domine in longitudinem dierum.

Capitulum. 1. Tim. 1. d.

Regi sæculorum immortali & invisi-
bili, soli Deo honor & gloria in sæ-
cula sæculorum, Amen. Rx. Deo gratias.
Rx. breve. Christe Fili Dei vivi, * Misere-
re nobis. & repetitur. Christe Fili Dei
vivi, miserere nobis. ¶ Qui natus es
de Maria virgine. Rx. Miserere nobis.
¶ Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sanc-
to. Rx. Christe Fili Dei vivi, miserere
nobis. ¶ Exurge Christe, adjuva nos.
Rx. Et libera nos propter nomen tuum.
¶ Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiri-
tu tuo. *Oratio.*

Domine Deus omnipotens, qui ad
principium hujus diei nos perveni-
re fecisti: tua nos hodie salva virtute, ut
in hac die ad nullum declinemus pecca-
tum, sed semper ad tuam justitiam faci-
endam nostra procedant eloquia, diri-
gantur cogitationes & opera. Per Do-

minum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus , per omnia sæcula sæculorum. Rx. Amen.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo. ¶. Benedicamus Dño. Rx. Deo gratias.

Deinde in Choro legitur Martyrologium.
Postea Hebdomadarius dicit. ¶. Pretiosa in conspectu Domini. Rx. Mors sanctorum ejus. *Et absoluté sine Oremus.*

Oratio.

Sancta Maria, & omnes sancti intercedant pro nobis ad Dominum : ut nos mereamur ab eo adjuvari , & salvari qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

¶. Deus in adjutorium meum intende. Rx. Domine ad adjuvandum me festina.

¶. Deus in adjutorium meum intende. Rx. Domine ad adjuvandum me festina.

¶. Deus in adjutorium meum intende. Rx. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum , Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie

elei-

eleison. Pater noster. *secretò.* ¶. Et ne
nos inducas in temptationem. Rx. Sed libe-
ra nos à malo. ¶. Respice in servos tuos
Domine , & in opera tua, & dirige filios
eorum. Rx. Et sit splendor Domini Dei
nostrí super nos , & opera manuum nos-
trarum dirige super nos , & opus manu-
um nostrarum dirige. ¶. Gloria Patri, &
Filio, & Spiritui sancto. Rx. Sicut erat in
principio , & nunc, & semper , & sæcula
sæculorum, Amen. *Oratio.*

Drigere & sanctificare, regere & gu-
bernare dignare Domine Deus
Rex cœli & terræ, hodie corda & cor-
pora nostra, sensus, sermones, & actus
nostros in lege tua, & in operibus man-
datorum tuorum: ut hic , & in æter-
num , te auxiliante , salvi & liberi esse
mereamur , Salvator mundi: Qui vivis
& regnas in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

¶. Jube domne benedicere. *Benedictio.*
Dies & actus nostros in sua pace disponat
Dominus omnipotens. Rx. Amen.

Lectio brevis. *Prov. 2.*

Beatus homo, qui audit me , & qui vi-
gilat ad fores meas quotidie , & ob-

servat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Tu autem Domine miserere nobis. Rx. Deo gratias.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Rx. Qui fecit cœlum & terram V. Benedicite. Rx. Deus. *Benedictio.* Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam; & Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Rx. Amen.

AD TERTIAM.

Pater noster. Ave Maria. fol. 22. & 23. V.

Deuſ in adjutorium meum intende. Rx. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia.

Hymnus.

Nunc sancte nobis Spiritus,
Unum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor,

Confessionem personent,
Flammescat igne charitas,
Accendat ardor proximos.

Jesu, tibi sit gloria.

Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Antiphona. Hæc est domus Domini.

Psalmus.

LEgem pone mihi Domine viam justificationum tuarum: * & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam: * & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: * quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: * & non in avaritiam.

Averte oculos meos ne videant vanitatem: * in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum: * in timore tuo.

Amputa opprobium meum, quod suspicatus sum: * quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua: * in æqui-

tate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua
Domine : * salutare tuum secundum
eloquium tuum.

Et respondebo exprobantibus mihi ver-
bum : * quia speravi in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum ve-
ritatis usquequaque : * quia in judiciis
tuis supersperavi.

Et custodiam legem tuam semper , * in
sæculum , & in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine : * quia
mandata tua exquisivi.

Et loquebar in testimoniis tuis in conf-
pectu regum : * & non confundebat.

Et meditabar in mandatis tuis , * quæ
dilexi.

Et levavi manus meas ad mandata tua,
quæ dilexi: * & exercebar in justificatio-
nibus tuis. Gloria Patri, &c.

MEmore esto verbi tui servo tuo , * in
quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: *
quia eloquium tuum vivificavit me.
Superbi iniquè agebant usquequaque : *
á lege autem tua non declinavi.

Memor fui judiciorum tuorum à sèculo
Domine: * & consolatus sum.

Defectio tenuit me, * pro peccatori-
bus derelictis legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes
tuæ, * in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui Domine: *
& custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi: * quia justificatio-
nes tuas exquisivi.

Portio mea Domine, * dixi custodire
legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto
corde meo: * miserere mei secundùm
eloquium tuum.

Cogitavi vias meas: * & converti pe-
des meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: *
ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: *
& legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum
tibi, * super judicia justificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium
te, * & custodientium mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est ter-

ra: * justificationes tuas doce me.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Bonitatem fecisti cum servo tuo Do-
mine , * secundum verbum tuum.

Bonitatem , & disciplinam , & scientiam
doce me: * quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer , ego deliqui : *
propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu : * & in bonitate tua do-
ce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas su-
perborum : * ego autem in toto cor-
de meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum , *
ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me : * ut
discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui : * super mil-
lia auri & argenti.

Manus tuæ fecerunt me , & plasmave-
runt me : * da mihi intellectum , &
discam mandata tua.

Qui timent te , videbunt me , & lætabun-
tur : * quia in verba tua supersperavi.

Cognovi Domine quia æquitas judicia
tua : * & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua ut consoletur me,*
secundum eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & vi-
vam: * quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injustè ini-
quitatem fecerunt in me: * ego autem
exercebor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te: * &
qui noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justifi-
cationibus tuis, * ut non confundar.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Hæc est domus Domini fir-
miter ædificata: benè fundata est supra
firmam petram.

Capitulum. Prov. 8.

EGO diligentes me diligo: & qui ma-
nè vigilant ad me, invenient me. In
vijs justitiæ ambulo, ut ditem diligen-
tes me. Qui operantur in me, non pec-
cabunt. Qui elucidant me, vitam ater-
nam habebunt. *R. Deo gratias.*

R. breve. Liberasti me Domine, * Ex
ore leonis. Liberasti me Domine, *
Ex ore leonis. *V. Et à cornibus unicor-
nium humilitatem meam. Ex ore leo-*

nis. Gloria Patri , & Filio , & Spiritui
sancto. Liberasti me Domine , * Ex ore
leonis. ¶. Eruisti à frámea Deus ani-
mam meam. Rx. Et de manu canis uni-
cam matrem meam.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spi-
ritu tuo. *Oratio.*

Deus, qui per immaculatam Virginis
Conceptionem, *ut supra fol. 13.*
¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spi-
ritu tuo. ¶. Benedicamus Domino. Rx. Deo
gratias. ¶. Fidelium animæ per misericor-
diam Dei requiescant in pace. Rx. Amen.

AD SEXTAM.

Pater noster. Ave Maria. ¶.

DEUS in adjutorium meum inten-
de. Rx. Domine ad adjuvandum
me festina. Gloria Patri , & Fi-
lio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in prin-
cipio , & nunc , & semper , & in sæcula
sæculorum. Amen. Alleluia.

Hymnus.

Rector potens , verax Deus ,
Qui temperas rerum vices ,
Splendore manè illuminas ,

Et ignibus meridiem.
Extingue flamas litium,
Aufer calorem noxiūm,
Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.

Jesu , tibi sit gloria ,
Qui natus es de Virgine ,
Cum Patre & almo Spiritu ,
In sempiterna sacula. Amen.

Antiphona. Fundavit eam Altissimus.
Psalmus.

Defecit in salutare tuum anima mea: *
& in verbum tuum supersperavi.
Defecerunt oculi mei in eloquium tu-
um, * dicentes: Quando consolaberis me?
Quia factus sum sicut uter in pruina : *
justificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies servi tui: * quando facies
de persequentibus me judicium ?
Narraverunt mihi iniqui fabulationes: *
sed non ut lex tua.
Omnia mandata tua veritas : * iniquè
persecuti sunt me , adjuva me.
Paulò minus consummaverunt me in
terra : * ego autem non dereliqui man-
data tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica
me: * & custodiam testimonia oris tui.
In æternum Domine, * verbum tuum
permanet in cœlo.

In generationem & generationem veritas
tua: * fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseverat dies: * quo-
niā omnia serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est: *
tunc fortè periissim in humilitate mea.
In æternum non obliviscar **justificationes**
tuas: * quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: * quo-
niā **justificationes** tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perde-
rent me: * testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: *
latum mandatum tuum nimis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Quomodo dilexi legem tuam Domi-
ne? * tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentem me fe-
cisti mandato tuo: * quia in æternum
mihi est.

Super omnes docentes me intellexi: *
quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: * quia mandata
tua quæsivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: * ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi: * quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, *
super mel ori meo!

A mandatis tuis intellexi: * propterea
odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, *
& lumen semitis meis.

Juravi, & statui * custodire judicia jus-
titiae tuæ.

Humiliatus sum usquequaque Domine; *
vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Do-
mine: * & judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: *
& legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: *
& de mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in
æternum, * quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justifi-
cationes tuas in æternum, * propter re-
tributionem. Gloria Patri &c. 83 In-

INQUOS odio habui: * & legem tuam dilexi.

Adjutor, & susceptor meus es tu: * & in verbum tuum supersperavi.

Declinate a me maligni: * & scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum,
& vivam: * & non confundas me ab expectatione mea.

Adjuva me, & salvus ero: * & meditabor in justificationibus tuis semper.

Specvisti omnes discedentes a judiciis tuis: * quia injusta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: * ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas: * a judiciis enim tuis timui.

Feci judicium, & justitiam: * non tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum: * non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: * & in eloquium justitiae tuæ.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: * & justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intellectum , ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi Domine : * dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua , * super aurum & topazion .

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : * omnem viam iniquam odio habui.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Antriphona. Fundavit eam Altissimus , qui super maria fundavit eam , & super flumina præparavit illam.

Capitulum. Ezech. 44.

Porta hæc clausa erit : non aperietur , & vir non transibit per eam , quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam , eritque clausa Principi . Princeps ipse sedebit in ea. *R.* Deo gratias.

R. breve. Eruisti à framea , * Deus animam meam . Eruisti à framea Deus animam meam . *V.* Et de manu canis unicam matrem meam . Deus animam meam .

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui sancto .

Eruisti à framea , * Deus animam meam . *V.* Verè Dominus est in loco sancto isto , & ego nesciebam . *R.* Non est hic aliud ,

nisi domus Dei, & porta cœli.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo. *Oratio.*

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem, *ut supra* fol. 13.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo. ¶. Benedicamus Domino. Rx. Deo gratias. ¶. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Rx. Amen.

AD NONAM.

Pater noster. Ave Maria. *fol. 22. & 23.* ¶.

DEUS in adjutorium meum intende. Rx. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia.

Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans:

Largire lumen vespere,
Quo vita nusquam decidat,
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet gloria.

Jesu , tibi sit gloria ,
Qui natus es de Virgine ,
Cum Patre , & almo Spiritu ,
In sempiterna sæcula . Amen.

Antiphona. Fluminis impetus.

Psalmus.

Mirabilia testimonia tua : * ideo scru-
tata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illumi-
nat : * & intellectum dat parvulis.

Os meum aperui , & attraxi spiritum : *
quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me , & miserere mei , * secun-
dum judicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloqui-
um tuum : * & non dominetur mei om-
nis injustitia.

Redime me à calumniis hominum : *
ut custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super servum tu-
um : * & doce me justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei : *
quia non custodierunt legem tuam.

Justus es Domine : * & rectum judi-
cium tuum.

Mandasti justitiam testimonia tua : * &

veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: * quia
obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer : *
& servus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego , & contemp-
tus: * justificationes tuas non sum oblitus.
Justitia tua , justitia in æternum : * &
lex tua veritas.

Tribulatio , & angustia invenerunt me: *
mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in æternum : *
intellectum da mihi , & vivam.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Clamavi in toto corde meo , exau-
di me Domine : * justificationes
tuas requiram.

Clamavi ad te , salvum me fac : * ut
custodiam mandata tua.

Preveni in maturitate , & clamavi : *
quia in verba tua supersperavi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo: *
ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum miseri-
cordiam tuam Domine: * & secundum
judicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt persequentes me
iniquitati: * à lege autem tua longè
facti sunt.

Propè es tu Domine: * & omnes viæ
tuæ veritas.

Initio cognovi de testimoniiis tuis: *
quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me: *
quia legem tuam non sum oblitus.

Judica judicium meum, & redime me: *
propter eloquium tuum vivifica me.

Longè à peccatoribus salus: * quia justi-
ficationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine: * se-
cundùm judicium tuum vivifica me.

Multi, qui persequuntur me, & tribulant
me: * à testimoniiis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, & tabesceram: * quia
eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domi-
ne: * in misericordia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum veritas: *
in æternum omnia iudicia justiæ tuæ.

Glòria Patri, & Filio, &c.

Principes persecuti sunt me gratis: * &
á verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor. ego super eloquia tua , * si-
cut qui invenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui , & abominatus
sum : * legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi : * su-
per judicia justitiae tuae.
Pax multa diligentibus legem tuam : *
& non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum Domine : *
& mandata tua dilexi.
Custodivit anima mea testimonia tua: *
& dilexit ea vehementer.
Servavi mandata tua, & testimonia tua: *
quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in cons-
pectu tuo Domine : * juxta eloquium
tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo: *
secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum , * cum
docueris me justificationes tuas.
Pronuntiabit lingua mea eloquium tu-
um: * quia omnia mandata tua æquitas.
Fiat manus tua , ut salvet me : * quo-
niam mandata tua elegi.
Concupivi sicutare tuum Domine : *

& lex tua meditatio mea est.
Vivet anima mea, & laudabit te: * &
judicia tua adjuvabunt me.
Erravi, sicut ovis quæ periit: * quære
servum tuum, quia mandata tua non sum
oblitus. Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Fluminis impetus lætitificat
civitatem Dei, sanctificavit tabernacu-
lum suum Altissimus.

Capitulum. Prov. 2.

Beat us homo qui audit me, & qui vi-
gilat ad fores meas quotidie, & ob-
servat ad postes ostij mei. Qui me in-
venerit, inveniet vitam, & hauriet sa-
ludem à Domino. Rx. Deo gratias.

Rx. *breve.* Verè Dominus est in loco
sancto isto, * Et ego nesciebam. Verè
Dominus est in loco sancto isto, * Et ego
nesciebam. ¶ Non est hîc aliud, nisi
domus Dei, & porta cœli. Et ego nes-
ciebam. Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto. Verè Dominus est in loco
sancto isto. Et ego nesciebam.

¶ Scalam vidit Jacob, cuius cacumen
cœlum tangebat. Rx. Angelos quoque des-
cendentes, qui eam lumine replebant.

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo. *Oratio.*

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem, *ut supra, fol. 13.*

¶. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo. ¶. Benedicamus Domino. Rx. Deo gratias. ¶. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Rx. Amen.

IN II. VESPERIS.

Pater noster. Ave Maria. *fol. 22.* ¶.
EUS in adjutorium meum in-
D tende. Rx. Domine ad adjuvan-
dum me festina. Gloria Patri,
& Filio, & Spiritui Sancto. Si-
cut erat in principio, & nunc, & semper,
& in sæcula sæculorum. Amen. Alleluya.
Antiphona. Nihil est candoris, nihil est
splendoris, nihil est virtutis, quod non
resplendeat in Virgine gloriosa.

Psalmus 109.

D ixit Dominus Domino meo: * Se-
de à dextris meis:
Donec ponam inimicos tuos, * scabel-
lum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus

ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ
in splendoribus sanctorum: * ex utero
ante luciferum genui te.

Juravit Dominus , & non pœnitabit
eum: * Tu es sacerdos in æternum se-
cundùm ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis , * confregit in
die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: *
conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea
exaltabit caput.

Gloria Patri , & Filio, & Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio , & nunc , & sem-
per, * & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona. Nihil est candoris , nihil est
splendoris , nihil est virtutis , quod non
resplendeat in Virgine gloriosa.

Antiphona. Quæ neque serpentis persua-
sione decepta , nec ejus venenosis affla-
tibus infecta est.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum: * laudate
nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc
nunc, & usque in s̄eculum.

A solis ortu usque ad occasum, * lau-
dabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, *
& super c̄elos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in
altis habitat, * & humilia respicit in
c̄elō, & in terra?

Suscitans à terra inopem, * & de ster-
core erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus, * cum
principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: *
matrem filiorum l̄tantem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Quæ neque serpentis persua-
sione decepta, nec ejus venenosis affla-
tibus infecta est.

Antiphona. Hanc, quam tu d̄espicias, Ma-
nichæ, mater mea est, & de manu mea
fabricata. *Psalmus 121.*

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mi-
hi: * in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis
tuis Jerusalem.

Jerusalem , quæ ædificatur ut civitas : *
cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus , tribus
Domini : * testimonium Israel ad con-
fitendum nomini Domini.

Quia illic federunt sedes in judicio : *
sedes super domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem : *
& abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua : * & abundan-
tia in turribus tuis.

Propter fratres meos , & proximos
meos , * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri , *
quæsivi bona tibi. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Hanc, quam tu dèspicis, Ma-
nichæ , mater mea est , & de manu mea
fabricata.

Antiphona. Decuit Virginem cå puritate
nitere , qua major sub Deo nequit in-
telligi. *Psalmus 126.*

Nisi Dominus ædificaverit domum , *
in vanum laboraverunt , qui ædi-
flicant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem , *
frustrà vigilat , qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: *
surgite postquam sederitis, qui man-
ducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum : *
ecce hæreditas Domini , filii ; merces,
fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis , * ita
filii excusorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium su-
um ex ipsis : * non confundetur cum
loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Antiphona. Decuit Virginem ea puritate
nitere , qua major sub Deo nequit in-
telligi.

Antiphona. Hæc est virga, in qua nec no-
dus originalis , nec cortex actualis culpæ
fuit. *Psalmus 147.*

LAUDA Jerusalem Dominum: * lau-
da Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum
tuarum : benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * & adi-
pe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ : * ve-
lociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nebulam
sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : *
ante faciem frigoris ejus quis sustinebit ?
Emittet verbum suum, & liquefaciet ea : *
flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : *
justicias, & judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi : * & judi-
cia sua non manifestavit eis. Gloria.

Antiphona. Hæc est virga, in qua nec no-
dus originalis, nec cortex actualis culpæ
fuit. *Capitulum.* Prov. 8.

EGO diligentes me diligo : & qui ma-
nè vigilant ad me , invenient me. In
vijs justitiæ ambulo , ut ditem diligen-
tes me. Qui operantur in me , non pec-
cabunt. Qui elucidant me , vitam æter-
nam habebunt. Rx. Deo gratias.

Hymnus.

AVE maris stella ,
Dei Mater alma ,
Atque semper Virgo ,
Felix cœli porta.
Sumens illud Ave ,
Gabrielis ore ,

Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincia reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac, & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collætemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

¶. Domine, dilexi decorem Domus tuæ.

¶. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ad Magnificat, Antiphona.

Unica est columba mea, una est perfecta

mea , una est genitricis suæ electa : vi-
derunt eam animæ sanctæ , & immacu-
latam prædicaverunt : alleluya.

Cantic. B. Mariae Virg. Luc. I.

MAgnotificat * anima mea Dominum:
Et exultavit spiritus meus * in Deo
salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: *
ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: *
& sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in pro-
genies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dis-
persit superbos mente cordis sui.

Deposit potentes de sede, * & exal-
tavit humiles.

Esurientes implevit bonis: * & divites
dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum , * recor-
datus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros , *
Abraham , & semini ejus in sæcula.

Gloria Patri , & Filio , &c.

Antiphona. Unica est columba mea, una

est perfecta mea , una est genitricis suæ
electa : viderunt eam animæ sanctæ , &
immaculatam prædicaverunt: alleluya.
℣. Dominus vobiscum. ℣. Et cum spi-
ritu tuo. *Oratio.*

DEUS , qui per Immaculatam Virgi-
nis Conceptionem dignum Filio
tuo habitaculum præparasti : quæsumus,
ut qui ex morte ejusdem Filij sui præ-
visa , eam ab omni labe præservasti : nos
quoque mundos ejus intercessione ad te
pervenire concedas. Per eundem Dñm.

*Et fit commemoratio , vel Dominicæ , si
occurrat , vel concurrat ; vel Feriæ occur-
rentis.*

℣. Dominus vobiscum. ℣. Et cum spi-
ritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℣. Deo
gratias. ℣. Fidelium animæ per miseri-
cordiam Dei requiescant in pace. ℣.
Amen.

DIE IX. DECEMBRIS.

*Secunda die infra octavam Immaculatae
Conceptionis B. Mariæ V. in Hispania fit
de S. Leocadia Virg. & Mart. Dup. cum
commemoratione octavæ , ac Feriæ.*

Si hodie , vel alia die infra octavam ,

occurrat Dominica ii. Adventus, fit de eis,
cum commemoratione octava.

DIE X. DECEMBRIS.

Tertia die infra octavam, in Hispania
fit de Translatione almae Domus B. Mariae
V. Dup. Commemoratio Feriae, ac S. Mel-
chiadis Pp. & Mart. & nihil de octava.

DIE XI. DECEMBRIS.

Quarta die infra octavam, fit de S. Da-
maso Papa, & Conf. sem. cum commemo-
razione octava, ac Feriae.

DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra oct. in hac Diœcesi
Majoricensi, fit de S. Eulalia Emeritensi
Virg. & Mart. Dup. in Hispania, est enim
dies fixa, & assignata, à die 10. hujus:
cum commemoratione octava, ac Feriae.

DIE XIII. DECEMBRIS.

Sexta die infra oct. fit de S. Lucia Virg.
& Mart. Dup. cum commemoratione octa-
va, ac Feriae.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra oct. De octava: semi-
duplex. Commemor. Feriae.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de scriptura occur. Ex. verò

de octava. Si autem in hac die occurrat Feria iv. Quatuor Temp. Lect. i. noct. leguntur, ut in die Festi, & Lectio ix. de Homilia Ferie, ac illius commemor.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Sancti Augustini Episcopi.
De Genesi contra Manich.

Lectio iv.

Dominus noster Jesus Christus (ut inquit Apostolus) factus est ex semine David secundum carnem, idest, tamquam de limo terrae, cum homo non esset qui operaretur in terra, quia nullus homo operatus est in Virgine, de qua natus est Christus. Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terrae. Facies terrae, idest, dignitas terrae, mater Domini virgo Maria rectissime accipitur, quam irrigavit Spiritus Sanctus, qui fontis, & aquae nomine in Evangelio significatur: ut qualis Adam de limo terrae, talis homo ille fieret. Qui constitutus est in paradyso, ut operaretur ibi, & custodiret: idest, in voluntate Patris, ut eam impleret, atque servaret.

R. Equitatu meo in curribus Pharaonis
assimilavi te , amica mea : pulchræ sunt
genæ tuæ , sicut turturis. * Faciamus ad-
jutorium simile sibi.

V. Eò quòd castitatem amaveris , vi-
rumque nescieris : ideo & manus Domi-
ni confortavit te , & eris benedicta in
æternum. Faciamus.

*Ex lib. ejusdem de Natura , & gra-
tia contra Pelagianos.*

Lectio v.

CUM de peccatis agitur , de sancta
Virgine Maria , propter honorem
Domini , nullam prorsus habere volo
quæstionem. Inde enim scimus , quod ei
plus gratiæ collatum fuerit ad vincen-
dum omni ex parte peccatum , quòd
concipere , & parere meruit eum , quem
constat nullum habuisse peccatum. Hac
ergo Virgine excepta , si omnes illos
Sanctos , & Sanctas , qui in Scripturis
sanctis , non modo non peccasse , verum
etiam justè vixisse , referuntur , cum hîc
viverent , congregare possemus , & inter-
rogare , utrum essent sine peccato : quid
fuisse responsuros putamus ? Quantalibet

fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si interrogari potuissent, una voce clamassent illud, quod ait Joannes Apostolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

Bz. Fac tibi arcam de lignis lævigatis. Ruptique sunt fontes abyssi magnæ. * Et factum est diluvium peccati super omnem terram.

X. Arca vero Deífera elevata est in sublime, & ferebatur super aquas, operique sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum.

Ex libro S. Ildéfonsi Archiepiscopi Toletani.

*Contra eos, qui disputant de virginitate,
& parturitione B. Mariæ.*

Lectio vi.

Totum quidquid in Maria fuit, possedit Spiritus Sanctus; quoniam virtus Altissimi eam obumbravit. Quod si virtus Altissimi ab omni æstu peccati eam obumbravit in conceptu, & in partu, sicut ab omni æstu libidinis libera fuit: ita & ab omni pressura maledictionis,

nis, non ex sese, sed ex virtute Altissimi immunis, & aliena fuit. Quapropter cogitent isti disputatores naturarum leges, cogitent & divinarum rerum virtutem: quia non ex natura rerum divinæ leges pendent, sed ex divinis legibus naturæ rerum & leges manare probantur.

Bx. Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. Arcam de lignis Setim compingite, & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. * Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

Y. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et pones. Gloria Patri. Et pones..

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelij secundum Lucam.

Lectio vii.

Cap. ii.

IN illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De Homilia S. Bonaventuræ Episcopi.

In Comment. sup. Luc. ii.

LAUDAT hæc mulier Christum Dei Filium, extollens laudis ejus præconium ex beatitudine matris, quasi dicat: Beata mulier, quæ portavit tam bonum filium. Et rectè: quia decebat sexum fœmineum sic laudare. Nec tantum fœminas, immo etiam viros. Nam supra dixit Virgo: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Fuit autem venter Virginis beatus propter tria privilegia, quia (ut dicit Bernardus) fuit sine corruptione fœcunda, sine gravedine gravaida, & sine dolore puerpera. Unde dici potest illud Isaiæ: Quis audivit umquam tale? & quis vidit huic simile?

R. Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis: quid habes, Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus, noli timere, non morieris.* Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Y. Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis a frigore nivis. Non.

Lectione viii.

FUIT etiam beatus propter tria miracula. Primum est, conjunctio infinite distantium. Deus enim ibi factus est ho-

mo , Creator creaturā , Immensus par-
vus , Verbum infans , Æternus tempora-
lis : secundūm illud Joannis : Et Verbum
caro factum est . Secundum miraculum
est , quia qui fecit ventrem , factus est in
ventre . Unde in Psalmis dicitur : Glorio-
sa dicta sunt de te , civitas Dei . Et post :
Homo natus est in ea : & ipse fundavit
eam Altissimus . Tertium miraculum ,
quia qui continet omnia , continetur in
ventre : & ille ibi capit , quem totus
non capit Orbis . Unde cantat Ecclesia :
Quia quem cœli capere non poterant ,
tuo gremio contulisti .

R. Filius meus parvulus est , & delica-
tus . Domus , quam ædificari volo , talis
esse debet , ut in cunctis nationibus no-
minetur : * Et ob hanc causam ante mor-
tem suam omnes præparavit impensas .

V. Elegi , & sanctificavi locum istum ,
ut sit nomem meum ibi in sempiternum ,
& permaneant oculi mei , & cor meum
ibi cunctis diebus . Et ob . Gloria Patri .
Et ob . Lectio ix.

NEC tantūm beatificat ventrem prop-
ter portationem , sed ubera prop-

ter lactationem, cum subjungit: Et ubera quæ suxisti. Ex quo datur intelligi, quod à solis überibus beatissimæ Virginis lactatus fuit. Quod designatum fuit in Moysè, qui lactari (ut dicitur) noluit à muliere Ægyptiaca. Et ideo quæsita fuit mulier Hebræa, scilicet mater propria, sicut in Exodo legitur. Ideo autem junxit ista duo, ut ostenderetur Virgo Maria fuisse mater Christi vera, & perfecta: quia non solum genuit: sed & educavit: & sicut verè educavit, ita verè genuit.

Te Deum.

AD VESPERAS.

Si hodie factum fuerit Officium de octava, Vesperæ erunt Duplices de Dic octava Immaculatae Conceptionis B. Marie V. ut in primis Vesperis Festi, cum commemor. Feriae. Sic etiam, si factum fuerit de Duplici translato, quamvis sit Duplex maius: cum commemor. ipsius Duplicis translati, ac Feriae. At hodie nihil de S. Eusebio Epis. & Mart. Si autem hæc dies xiv. occurrerit in Sabbato, & factum fuerit Officium de octava, Vesperæ erunt de Feria, ut in

Psalterio , Cap. Dominicæ Advent. sequentis , cum commemor. Diei octavae , ut in I. Vesperis Festi.

Si tandem hæc dies xiv. occurrit in Sabato , & alicubi factum fuerit Officium de S. Semiduplici , tanquam in die propria & fixa , Vesperæ erunt de ipso S. Semiduplici ; Capitulum verò de Dominicæ Adventus sequenti , cum commemor. S. Semiduplicis præcedentis , & Diei octavae , ut in I. Vesperis Festi.

DIE XV. DECEMBRIS.

Octava Immaculatae Conceptionis R.M.V.
Dup. Omnia , ut in die, præter sequentia.

IN I. NOCTURNO.

Lect. scrip. occur. R.R. de oct. Si autem in hac die occurrat Feria iv. Quatuor Temporum , Lectiones I. noct. leguntur , ut in Die Festi , cum ix. lectione de Homilia Feria , & illius commemor.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Sancti Anselmi Episcopi.

De excellentia Virginis.

Lectio iv.

S Umma Dei sapientia nullam in massa creationis humanæ viam invenit , per

quam (ut disposuerat) in mundum veniens , tam luctuosæ perditioni subveniret , donec ad istam , de qua loquimur , Virginem ventum esset. Sed hæc mox , ubi in mundum per humanæ generatio-
nis lineam venit : tanta omnis boni vir-
tute , & constantia perfectè resplenduit ,
ut eam ipsa sapientia Dei verè dignam ju-
dicaret , per quam in homine veniens ,
non modo reatum primorum hominum ,
sed & totius mundi peccata deleret , &
diabolum sui operis inimicum cum suis
elideret , necnon damna cœlestis patriæ
illuc hominem deducendo redintegraret.

R. Equitatui meo in curribus Phara-
onis assimilavi te , amica mea : pulchræ
sunt genæ tuæ , sicut turturis . * Faciamus
adjutorium simile sibi .

V. Eò quod castitatem amaveris , vi-
rumque nescieris : ideo & manus Domi-
ni confortavit te , & eris benedicta in
æternum . Faciamus .

Ex libro ejusdem de Conceptu Virginali.

Lectio v.

Decebat , ut Christi conceptio de ma-
tre purissima fieret . Nemipè decens
erat ,

erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa nitaret: cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum tamquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris, & Virginis Filius, & quam ipse Filius substantialiter facere sibi matrem eligebat, & de qua Spiritus Sanctus volebat, & operatus erat, ut conciperetur, & nasceretur ille, de quo procedebat.

R. Fac tibi arcam de lignis lævigatis. Ruptique sunt fontes abyssi magnæ. * Et factum est diluvium peccati super omnem terram.

V. Arca verò Deifera elevata est in sublime, & ferebatur super aquas, opertaque sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum.

Ex dictis diversorum Sanctorum.

*Ex Presbyteris Achaiæ, ut refert
Aloys. Lippom.*

Lectio vi.

ANdreas Apostolus: Quomodo de immaculata terra factus fuerat ho-

mo primus , necessarium fuit , ut de im-
maculata Virgine natus Christus , vitam
æternam , quam omnes perdiderant , re-
pararet. Augustinus : Sicut primus Adam
de limi materia figuratus est , ita secundus
Adam , quasi de intacta , ac rudi terra ,
de Virginis carne formatus est. Hiero-
nymus : Hæc est hortus conclusus , fons
signatus , puteus aquarum viventium , ad
quam nulli potuerunt doli irrumpere ,
nec prævaluit fraus inimici , sed perman-
xit sancta mente , & corpore , multis do-
norum privilegijs sublimata . Idem in
Psalmos : Pulchre Propheta appellat Vir-
ginem nubem diei . Nubes enim illa non
fuit in tenebris , sed semper in luce . An-
selmus : O benedicta super mulieres , quæ
Angelos vincis puritate , & Sanctos su-
peras pietate .

¶. Fiat mihi sanctuarium , & habitabo
in medio eorum . Arcam de lignis Setim
compingite , & deaurabis eam auro mun-
dissimo intus , & foris . * Et pones super
mensam panes propositionis in conspec-
tu meo semper .

¶. Inspice , & fac secundūm exemplar ,

quod tibi in monte monstratum est. Et pones. Gloria Patri. Et pones.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelij secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. ii.

IN illo tempore : Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi : Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De Homilia S. Bonaventuræ Episcopi.

In Comment. sup. Luc. ii.

AT ille dixit : Quinimò beati qui audiunt verbum Dei. Hoc non dixit adversando, sed potius superaddendo, quasi diceret : Non solum beatus venter, qui portavit me Verbum caro factum : verum etiam beatior, qui suscepit verbum a me prolatum. Unde & Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne, verum etiam beatior, quia ipsum perfectissime gestavit in mente, secundum quod dicit Augustinus : Beatior fuit Maria concipiendo fidem Christi, quam carnem Christi. Beatus est enim omnis qui audit, & obedit, secundum illud ipsius Domini apud Joannem : Si

hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.
Et ideo subdit: Et custodiunt illud.

¶. Omnes moriemini, quia in Adam
peccavistis: quid habes, Esther elevata in
populis? Ego sum frater tuus, noli ti-
mere, non morieris. * Non enim pro te,
sed pro omnibus hæc lex constituta est.

¶. Non extinguetur in nocte lucerna
tua, & non timebis à frigore nivis. Non.

Lectio viii.

IN quo verbo Christus noluit laudari
matris cognationem carnalem per se
(nam & supra Joannes dixit Judæis : Ne
cceperitis dicere : Patrem habemus Abra-
ham) sed spiritualem : quia sanctior est
copula mentium , quam corporum. Et
ideo cum quærerent eum mater , & fra-
tres ejus , dixit : Quicumque fecerit vo-
luntatem Patris mei , qui in cœlis est ,
ipse meus frater , soror , & mater est . Et
propter hoc virgo Maria fuit laudabilis
in concipiendo , quia fide concepit . Et
ideo dixit ei Elisabeth : Beata quæ credi-
disti , quoniam perficiuntur ea , quæ dic-
ta sunt tibi à Domino .

¶. Filius meus parvulus est , & deli-

catus. Domus, quam ædificari volo,
talis esse debet, ut in cunctis nationibus
nominetur. * Et ob hanc causam ante
mortem suam omnes præparavit im-
pensas.

¶. Elegi, & sanctificavi locum istum,
ut sit nomen meum ibi in sempiternum,
& permaneant oculi mei, & cor meum
ibi cunctis diebus. Et ob. Gloria Patri.
Et ob. *Lectio ix.*

EX quo apparet mira commendatio
veritatis, quæ omnes sibi adhæren-
tes beatos efficit: non solum adhærentes
carnali cognatione, ut Virgo Maria;
verum etiam spiritali dilectione, sicut
quælibet anima sancta. Ut enim dicit Au-
gustinus: Beatitudo est gaudium de veri-
tate. Ad quod gaudium devenient, qui
veritatem audiunt, diligunt, & faciunt,
secundum illud Ecclesiastici: Qui audit
me, non confundetur: & qui operan-
tur in me, non peccabunt. Qui elucidant
me, vitam æternam habebunt.

Te Deum.

*Hodie in Laudibus non fit commemor. S.
Eusebij Epis. & M. de eo enim fit die sequen-
ti, ritu semiduplici.*

Si hæc Dies octava occurrit in Dominica
iii. Adventus, Officium fit de ea, cum com-
memor. Diei octavæ in Laudibus, in Missa,
& in ii. Vesperis; at sine precibus.

In ii. Vesperis Diei octavæ Conceptio-
nis omnia dicuntur, ut in ii. Vesperis Fes-
ti: cum commemor. S. Eusebij Epif. &
Mart. ac Feria.



COMMEMORATIONES

Dominicarum, ac Feriarum Adventus,
quæ infra hanc octavam Immaculatæ
Conceptionis B. Mariæ V. occur-
sere possunt.

DOMINICA PRIMA

Adventus.

Feria 5. infra hebdomadam primam
Adventus.

Ad Magnificat, Aña. Expectabo Domi-
num Salvatorem meum, & præstolabor
cum dum prope est: alleluya.

℣. Rorate cœli dèsuper, & nubes plu-
ant justum. ℘. Aperiatur terra, & ger-
minet Salvatorem.

Oratio.

Exita, quæsumus Dñe, potentiam tuam, & veni: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante, salvari. Qui vivis.

Et hac oratio dicitur per hebdomadam.



FERIA VI.

Ad Benedictus, Aña. Ecce veniet Deus & homo de domo David sedere in throno: alleluya.

¶. Vox clamantis in deserto, Parate viam Dñi. ¶. Rectas facite sèmitas ejus.
Oratio. Excita, quæsumus Dñe. ut supra.

In 2. vesp. Purissimæ Concep. extra Sabatum, fit commemoror. S. Leocadiæ Virg. & Mart. Aña. Veni Sponsa Christi.

¶. Specie tua. *Oratio.*

Beatæ Leocadiæ virginis & martyris tux, quæsumus Dñe, precibus & meritis adjuvemur: ut quæ pro tui nominis confessione carceres & mortem pertulit, suo nos patrocinio ab æterno carcere deféndat.

Deinde fit commemor. Feria 6. Ad Magnificat, Aña. Ex Ægypto vocavi Filium meum: veniet, ut salvet populum suum.

¶. Rorate. Oratio. Excita, quæsumus Domine. fol. 117.



SABBATO.

Ad Benedictus, Aña. Sion, noli timere, ecce Deus tuus veniet: alleluya.

¶. Vox clamantis. Oratio. Excita, quæsumus Dñe, potentiam tuam. fol. 117.

Ad Magnificat, Aña. Veni, Dñe, visitare nos in pace, ut latemur coram te corde perfecto.

¶. Rorate. Oratio.

Exita, Dñe, corda nostra ad præparandas Unigeniti tui vias: ut per ejus adventum, purificatis tibi mentibus servire mereamur. Qui tecum.

Hæc oratio dicitur in Dominica 2. Adventus, & in ejus hebdomada.

DOMINICA SECUNDA

Adventus.

Ad Benedictus, Aña. Joannes autem cum audisset in vinculis opera

Christi, mittens duos ex discipulis suis,
ait illi: Tu es, qui venturus es, an ali-
um expectamus?

¶. Vox clamantis. *Oratio.* Excita, Dñe,
corda nostra. fol. 118.

Ad Magnificat, Aña. Tu es qui venturus
es, an alium expectamus? Dicite Joani-
ni quæ vidistis: Ad lumen redeunt cæ-
ci, mortui resurgunt, pauperes evan-
gelizantur: alleluya.

¶. Rorate. *Oratio.* Excita, Dñe, cor-
da nostra. fol. 118.

¶ Si in 2. vesp. facienda est commemor.
S. Leocadia, vide supra fol. 117.

(*)

FERIA II.

Ad Benedictus, Aña. De cœlo veniet
Dominator Dñs, & in manu ejus honor,
& imperium.

¶. Vox clamantis. *Oratio.* Excita, Dñe.
fol. 118.

Ad Magnificat, Aña. Ecce veniet Rex
Dñs terræ, & ipse auferet jugum cap-
tivitatis nostræ.

¶. Rorate. *Oratio.* Excita, Dñe. fol. 118.

¶ Si in 2. vesp. facienda est commemor.
S. Leocadia, vide supra fol. 117.



FERIA III.

Ad Benedictus, Aña. Super te, Jeru-
salem, orietur Dñs, & gloria ejus in
te videbitur.

¶. Vox clamantis. *Oratio. Excita, Dñe.*
fol. 118.

Ad Magnificat, Aña. Vox clamantis in
deserto, Parate viam Dñi, rectas facite
sémitas Dei nostri.

¶. Rorate. *Oratio. Excita, Dñe. fol. 118.*

¶ Si in 2. vesp. facienda est commemor.
S. Leocadia, vide supra fol. 117.



FERIA IV.

Ad Benedictus, Aña. Ecce ego mitto
Angelum meum, qui præparabit viam
mæam ante faciem tuam.

¶. Vox clamantis. *Oratio. Excita, Dñe.*
fol. 118.

Ad Magnificat, Aña. Sion, renovà-
beris, & videbis iustum tuum, qui ventu-
rus est in te.

¶. Rorate. *Oratio. Excita, Dñe.* fol. 118.
¶ *Si in 2. vesp. facienda est commemor.*
S. Leocadia, vide supra fol. 117.



FERIA V.

Ad Benedictus, Aña. Tu es qui venturus es, Dñe, quem expectamus, ut salvum facias populum tuum.

¶. Vox clamantis. *Oratio. Excita, Dñe.* fol. 118.

Ad Magnificat, Aña. Qui post me veniet, ante me factus est, cuius non sum dignus calceamenta solvere.

¶. Rorate. *Oratio. Excita, Dñe.* fol. 118.

¶ *Si in 2. vesp. facienda est commemor.*
S. Leocadia, vide supra fol. 117.



FERIA VI.

Ad Benedictus, Aña. Dicite, Pusillamines confortamini: ecce Dns Deus noster veniet.

¶. Vox clamantis. *Oratio. Excita, Dñe.* fol. 118.

In die Octava Puris. Conceptionis B. Mariae V. extra Sabbatum occurrente, in

2. vesp. fit commemor. S. Eusebii Epis.
& Mart. de quo fit die sequente. Aña.
Iste Sanctus. ¶ Gloria , & honore.

Oratio.

DEUS, qui nos Beati Eusebii Martyris tui , atque Pontificis solemnitate latificas , concede propitius : ut cuius natalitia colimus , de ejusdem etiam protectione gaudemus.

Deinde fit Commemor. Feriae 6. occurrentis. Aña. Cantate Dño canticum novum : laus ejus ab extremis terræ.

¶ Rorate. *Oratio. Excita, Dñe. fol. 118.*



SABBATO.

Ad Benedictus , Aña. Levabit Dñs signum in nationibus , & congregabit dispersos Israel.

¶ Vox clamantis. *Oratio. Excita , Dñe. fol. 118.*

Ad Magnificat , Aña. Ante me non est formatus Deus , & post me non erit: quia mihi curvabitur omne genu , & confitebitur omnis lingua.

¶ Rorate. *Oratio.*

Aurem tuam, quæsumus Dñe, precibus nostris accòmmoda: & mentis nostræ tènebras gratiâ tuæ visitationis illustra. Qui vivis, & regnas.

Hæc oratio dicitur in Dominica 3. Adventus, & in ejus hebdomada, nisi aliter notetur.

¶ Si in 2. vesp. facienda est commemor. S. Eusebii tanquam Simpl. vide fol. 122.

DOMINICA TERTIA.

Adventus.

Ad Benedictus, Aña. Super solium David, & super regnum ejus sedebit in æternum: alleluya.

v. Vox clamantis. Oratio. Aurem tuam. ut supra.

Ad Magnificat, Aña. Beata es Maria, quæ credidisti Dño: perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Dño: alleluya.

v. Rorate. Oratio. Aurem tuam. ut supra.

¶ Si in 2. vesp. facienda est commemor. S. Eusebii, vide fol. 122.



FERIA II.

Ad Benedictus, Aña. Egredictur virga

de radice Jesse , & replebitur omnis terra gloriâ Dñi : & videbit omnis caro salutare Dei.

¶. Vox clamantis. *Oratio. Aurem tuam.* fol. 123.

Ad Magnificat, Aña. Beatam me dicent omnes generationes , quia ancillam humilem respexit Deus.

¶. Rorate. *Oratio. Aurem tuam.* fol. 123.

¶. Si in 2. vesp. facienda est commemor. S. Eusebii , vide fol. 122.



FERIA III.

Ad Benedictus, Aña. Tu Bethlehem terra Juda , non eris minima : ex te enim exiit Dux , qui regat populum meum Israel.

¶. Vox clamantis. *Oratio. Aurem tuam.* fol. 123.

Ad Magnificat, Aña. Elevare , elevare , consurge Jerusalem : solve vincula collitui , captiva filia Sion.

¶. Rorate. *Oratio. Aurem tuam.* fol. 123.

¶. Si in 2. vesp. facienda est commemor. S. Eusebii , vide fol. 122.

(*)
FERIA IV.

Quatuor Temporum, ad Benedictus, Aña.
Misus est Gabriel Angelus ad Mariam
virginem desponsatam Joseph.

℣. Vox clamantis. *Oratio.*

Præsta, quæsumus Omnipotens Deus:
ut redemptionis nostræ ventura so-
lemnitas, & præsentis nobis vitæ subsi-
dia cónferat, & æternæ beatitudinis præ-
mia largiatur. Per Dñm nostrum.

Ad Magnificat, Aña. Ecce ancilla Dñi:
fiat mihi secundūm verbum tuum.

℣. Rorate. *Oratio.* Aurem tuam. *ut su-
pra fol. 123.*

¶ Si in 2. vesp. facienda est commemor.
S. Eusebii, vide fol. 122.

(*)
FERIA V.

Ad Benedictus, Aña. Vigilate animo,
in proximo est Dominus Deus noster.

℣. Vox clamantis. *Oratio.* Aurem tuam.
ut supra fol. 123.

In 2. vesp. fit commemor. S. Eusebii Epis. &

*Mart. ut supra fol. 122. Postea fit com-
memor. Feria 5. occurrentis, AÑA. Læta-
mini cum Jerusalem, & exultate in ea
omnes qui diligitis eam, in æternum.
¶ Rorate. Oratio. Aurem tuam. ut su-
pra fol. 123.*

BULLA

CONCESSIONIS, ET EXTENSIONIS
præinserti Officii ad omnia Regna Sere-
nissimo, ac Catholico Hispaniarum,
& Indiarum Regi subjecta.

CLEMENS Episcopus, servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

QUUM primum, Divina disponente volun-
tate factum est, ut humilitas nostra tur-
bulentis præsertim Christianæ Republicæ tem-
poribus ad universalis Ecclesiæ regimen extol-
leretur, jam inde ea cogitare, & agere assiduè
non destitimus, quæ ad promovendum, & pro-
pagandum Inclytæ, & Gloriosæ semper Virgi-
nis Mariæ cultum inter fideles Populos maxi-
mè conducerent, ideo potissimum, ut nobis, &
universæ Catholicæ Ecclesiæ speciali pietate
Christi

Christi Filij sui Supremi Ecclesiae Capitis favorem, & gratiam protectionis conciliaret, minorata tamen, quam nostrum desiderium explere possint, semper erunt reverentiae, & venerationis signa, quae in terris praebentur, ad cumulandam, & ad augendam Gloriam hujus praetexteris electae Creaturae, quae quidem ex ore Altissimi prodijt, & in omni Gente Primatum tenuit: Proinde obortas libenti animo amplectimur occasiones, quibus nova ipsi honoris obsequia tribuantur, ac maximè letamur, Potentissimum Regem, qui in hac re non ita pridem apperuit animum suum, tam mirificè cum nostro consentientem, rursum in precibus amplificationem aliam talis Cultus pro suis vastissimis Regnis, & Ditionibus exposcere; Nobis siquidem Regio nomine Charissimi in Christo Filij nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Dilectus Filius Emmanuel de Roda dicti Caroli Regis Consiliarius, & modò apud Nos negotiorum ejusdem Caroli Regis Minister supplicem porrexit Libellum, cuius tenor est.

Beatissime Pater. Cum Sanctitas vestra enixi Catholici Regis votis benignè annuens, Beatissimam Virginem Deiparam in Sacrosancto ejusdem Immaculatae Conceptionis Mysterio, Hispaniarum, Indiarumque Ditionum à Comitijs totius Nationis Hispaniae in ipsis aus-

picatissimo Regni exordio habitis, Patronam,
¶ Advocatam specialem communi consentione
nuncupatam, ¶ delectam Apostolicis Litteris
aurea Bulla munitis, sexto Idus Novembris,
Anni millesimi septingentesimi sexagesimi con-
cesserit, ¶ confirmaverit, simulque venerandi
Mysterij Festum, sub Ritu duplici primæ clas-
sis cum octava, cæterisque prærogativis, om-
nibus hujusmodi Patronorum Festis competen-
tibus, ¶ à Sede Apostolica approbatis, ab
universo Hispaniarum, Indiarumque Ditio-
num Clero Sæculari, ¶ Regulari, quomo-
dolibet etiam exempto, coli, ¶ celebrari præ-
ceperit, atque mandaverit; cùmque inter præ-
rogativas, quæ à Sancta Sede favore dicto-
rum Patronorum indulgeri solent, primarium
quodammodo teneat locum Officij, ¶ Missæ
in eorum honorem recitatio, idem Rex Ca-
tholicus, ut Apostolica Sanctitatis vestræ con-
cessio, ut supra jam facta, integrum jure me-
rito sortiatur effectum, Officium, quod incipit:
Sicut lilyum inter spinas: ¶ Missam, cu-
jus initium: Egregimini, & videte: quibus
Ordo Franciscanus utitur ad prædictum Do-
miniorum suorum Clerum extendi, ¶ proro-
gari summoperé desiderat; idcirco Emmanuel
de Roda ejusdem Catholici Regis iussu, ¶ no-
mine Sanctitatem vestram humillimis precibus

orat, ut prædicta Officium, & Missam, prout
à Franciscanis recitantur, ac in eorum Bre-
viario, & Missali, à Sancta Sede approbatis,
continentur, universo Hispaniarum, & In-
diarum Clero, tam Sæculari, quam Regulari,
ac quomodolibet exempto, pro die Festo so-
lemni ejusdem Immaculatae Conceptionis, nec-
non & pro ejus octava concedere, indulgere,
& extendere Apostolica sua auctoritate dig-
netur. Et pro gratia, &c.

Cum autem Nos aliás libenti quidem ani-
mo, adeo effusæ dicti Caroli Regis, ac totius
Hispaniæ Gentis erga præclarum hoc Deipara
Virginis Mysterium Devotioni obsecundantes
juxta priores nostras Litteras ipsam in pre-
dicto Mysterio colendam universalem Patro-
nam, & Adrogatam dictorum Regnorum, &
Dominiorum declaraverimus, ejusdemque Mys-
terij Festum in dictis Regnis, & Dominijs
per universum Clerum, tam Sæcularem, quam
Regularem, & quomodolibet exemptum, sub
ritu duplici primæ classis cum octava celebrari
præceperimus, modò præmissas Nobis addi-
tas preces, velut recentiora illius eximiae pie-
tatis argumenta excipientes, ac priorum Lit-
terarum nostrarum tenorem cum omnibus, &
singulis in eis contentis, præsentibus pro ex-
presso habentes, novis hisce supplicationibus

Pastorali affectu nostro benignè inclinati, ipsarum tenore præsentium in perpetuum concedimus, atque indulgemus, ut recurrente annis singulis dicti Mysterij celebritate in eisdem Regnis, & Dominijs, ac in singulis illorum Civitatibus, & Diœcesis, Oppidis, Terris, & Locis, ac Territorijs quibuscumque, etiam nullius Diœcesis, ab universo Clero prædicto, ab omnibus videlicet, & singulis Sacerdatis, & Regularibus utriusque sexus cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam quantumvis exemptis, qui Horas Canonicas Diurnas, & Nocturnas, sive privatim, sive in quibusvis Ecclesijs collegialiter, & cum canta recitare tenentur, ac tenebuntur, ac Sacrosantum Missæ Sacrificium celebrabunt, illud Officium proprium, & Missa cum octava recitentur, quod, & quæ per dilectos Filios Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de præsenti generaliter recitantur, ac in eorum Breviario, & Missali à Sede Apostolica approbatis continentur, ad quorum effectum illius Officij, & Missæ cum Octava recitationem ad universum Clerum prædictum generaliter quoque harum serie extendimus, idemque Officium, & Missam hujusmodi juxta exemplaria dictorum Fratrum Minorum, & non alias ad usum Cleri, & Regularium prædictorum in eisdem Regnis, &

Domiñis pro tempore commorantium, etiam
seorsim ab alijs Breviarijs, & Missalibus typis
imprimendi opportunam licentiam, & facul-
tatem concedimus, & impertimur: Non obs-
tantibus, & respectivè firmis, ac salvis re-
manentibus Constitutionibus Apostolicis, &
omnibus illis, quæ in dictis prioribus nostris
Litteris non obstare, & respectivè firma, &
salva esse, & fore decrevimus. Volumus au-
tem, ut præsentium nostrarum Litterarum te-
nor in principio, vel in fine Officij, ac Missæ
pro usu dicti Cleri, ut præfertur, imprimendi,
etiam imprimatur, utque earumdem præsen-
tium transumptis, etiam impressis, manu ali-
cujus Notarij publici subscriptis, & sigillo
Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ
munitis eadem prorsus fides in judicio, & ex-
tra illud, adhibetur, quæ ipsis præsentibus
adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.
Nulli ergo omnino hominum liceat paginam
hanc nostræ Concessionis, Indulti, extensionis,
licentiæ, facultatis, & voluntatis infringere,
vel ei ausu temerario contraire; si quis au-
tem hoc attentare præsumperit, indignatio-
nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,
& Pauli Apostolorum ejus se noverit incursu-
rum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ mil-

lesimo, septingentesimo sexagesimo primo, decimo sexto Kalendas Februarij: Pontificatus nostri Anno quarto. = C. Cardinalis Prodatarius. = N. Cardinalis Antonellus. = Loco ✠ Plumbi.

Extracta est præsens Copia ex Litteris Apostolicis originalibus sub Plumbo more Romanae Curiæ expeditis, mihi infrascrito Notario in Secretaria Regalis Patronatus suæ Catholice Majestatis ad hunc effectum exhibitis, & eidem Secretariae redactis, illamque cum eis collationavi. In quorum fidem eandem præsentem Copiam, sigillo roboratam Illmi. Dñi D. Andreæ de Zerezo & Niera, Archidiaconi Titularis, Dignitatis, & Canonici almæ Ecclesiæ Toletanae Hispaniarum Primatæ, à Consilijs præfatæ Catholice Majestatis; Gratianumque Sanctæ Cruciatæ Commissarij Apostolici Generalis subscripsi, & subsignavi Ego D. Antonius de Castroverde Notarius Apostolicus, ac Major Tribunalis Regiæ Capellæ ejusdem Majestatis, ejusque Territorij separati verè nullius. Matriti die 31. Martij, Anno Dñi 1762. = In testimonium ✠ Veritatis. = Antonius de Castroverde. = Loco ✠ Sigilli.

Palmæ: die 14. Augusti 1762.
Imprimatur.

Laurentius Episcopus Majoricensis.

